



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Fabrica Ecclesiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

*cap. 21. numero 52. cap. 27. num 102.* quia id eis concessit Leo X. & Nic. V. Nav. loc. cit. licet Clem. 1. de privileg. id vetuerat.

Ad septimum. Præceptum de communicando in Paschate currit à die Palmarum, usque ad octavam Paschæ inclusivè, Navar. *cap. 21. num. 45* Sylvest. in ver. *Eucharistia*, 3. num 17. §. 15. ver secundum Flor. Theol. 4. sent. de suscep. *Euchar* fol. 67. Caiet. in sum. in ver. *Communio*. §. 3. adeo quòd, qui communicaret intra hoc tempus, satisfaceret præcepto. *cap. omnis utriusque sexus, de pœn.* & remiss. nec incurret pœnas, quæ passim imponuntur à prælatis contra non communicantes in Pascha.

Ad octavam. Ultra pœnas in *cap. si per negligentiam, de Consecrat.* d. 2. & in *cap. 1. de custodia Eucharistia*, si minus caute dimiserit, & nihil nefarium inde contigerit, tribus mensibus potest suspendi; si verò aliquid admiserit nefarium, gravius arbitrio judicis potest puniri. Ad dit. ad Cap. Tolos. q. 218.

### FABRICA ECCLESIAE

**P**rimò, fabricæ Ecclesiæ appellatio ne veniunt ornamenta necessaria cul tui divino, & sic relictum pro fabrica, censetur relictum pro omnibus necessariis ministerio Ecclesiæ, Covar. in *cap. ultimo n. 4. de testam.* & ibi Abbas.

Secundò, ratio sumptuum fabricæ Ecclesiæ est reddenda Episcopis ordinariis, nisi aliter in institutione ipsius statutum sit, Concil. Trident. sess. 22. cap. 9. de refor. & scac. Congreg. in meis, 78.

Tertio, fabrica divi Petri de Yrbe,

vide *in seruiss.*, in *ver. legatum*, §. 9. & Bul. Paul. III. 68. & quid solvendum sit pro scripturis responderetur, id quod solet solvere fiscus reverendæ Curiae Apostolicæ: & ejus Commisarii possunt cogere quoscunque Notarios ad apertendum, & ostendendum testamenta post annum à die obitus testatoris, Pius IV. Bul. 58.

Quartò; deputati fabricæ Petri de Yrbe, habent facultatem exigendi legata facta pro sancta Maria de Laureto, si ministri dictæ Ecclesiæ in illis exigendis negligentes fuerint, Pius V. Bul. 54. que recipit, *At Romani*.

Quintò, fabrica prædicta habet facultatem revidendi, & rescindendi alienationes bonorum Ecclesiasticorum, factas sine sedis Apostolicæ licentia, aut sine solennitatibus, sive in damnum Ecclesiæ, Pius V. Bul. 98.

Sextò, fabrica Ecclesiæ tunc spectat ad Episcopum, quando pars fructuum & introituum est pinguis. & quando possit Episcopus una cum suo Capitulo statuere, quòd certa pars fructuum beneficiorum vacantium in sua diocesi appellatur fabricæ Ecclesiæ cathedralis: vide & distingue cum Gemin. in *cap. si propter, versic. quæro an Episcopus, de rescripto lib. 6.* distinguit satis bene pro Præctica quotidiana, & hoc non esset autorizate in facto suo proprio, quia non applicatur mensæ suæ, per Clem. si una, dreb. Eccl. non alien. facit, c. Romana, de pœn. & remiss. lib. 6. ubi propter tenuitatem fructum Ecclesiæ, dantur indulgentiæ pro fabrica Ecclesiæ.

FA-